UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 38. Mehemetes IV. Turcarum Imperator a seditiosis Constantinopoli exauctoratus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67608

Visual Library

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

§. XXXVIII.

Mehemetes a ſeditioſis Conſtantinop exauctoratus.

Theatr. Europ. t. 13. pag. 218. Wagner l. c.

Tota Vienna feſtivis victoriarum pl
ſibus reſonante, Conſtantinop
ob nuperam cladem, infauſtosque b
ſucceſſus ſeditionibus, cædibusq
immaduit; Spahii enim cum Janiſſa
rum paucis, qui fuga exceſſerant, o
nia mala Suleimanni Vezirii imperi
imputantes, auctore Chiauſſio Ba
ſuorum cruorem de eo ulciſci paraba
tempeſtive autem tam ipſe, quam J
niſſarorum Aga noctis beneficio B
gradum unacum ſacrato Mahome
vexillo evaſere, inde Conſtantinop
delati. Enimvero Mehemetes IV. Tu
carum Imperator tumultum ſedare i
tentus, ad Chiauſſium cum rebe
exercitu jam Niſſam profectum, Leg
tos decrevit, ampliſſimis præmiis e
devicturus: Hic tamen nonniſi Vez
& Regabi Urbis Præfecti capitibus p
cem redimi poſſe reſpondit: Eo nun
exterritus Sultanns, cum domeſtic
tumultus extero bello periculoſior
crederet, utrumque tumultuantium f
rori immolat, eosque ſtrangulari pr
cipit, ac rebellibus ignave ſpondet,
quoque filiorum ſuorum capita ſubm
ſurum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſurum, ſi hoc pretio obſequium emere oporteret: Jam propius Biſſantio imminebat Chiauſſius cum triginta factioſorum millibus, cui Jeghenus Aſianus latro magis audax, quam felix & providus tria ſuorum millia oppoſuit, ſed nonniſi ſalvis ſuorum trecentis repulſus eſt: Nec inde ſedata animorum contentio; ſeditioſi enim ipſum quoque Sultanum eſſe exauctorandum inclamant, eorumque conſilium Cuprolius alterius celeberrimi Vezirii Filius, pluresque Eunuchorum Præfecti approbant; ipſo igitur Muftio precibus Mahometem placante, die octava Novembris recta ad Palatium tendunt, atque ad Solymanum Hanum Mehemetis fratrem in carceres perrumpunt. Hunc ergo ex vinculis ad ſolium evehunt, eique incondita vociferatione omnem felicitatem acclamant: Producitur ex carceris tenebris ad ſplendidum Ottomanici Imperii jubar, omnium oblitus præter injuriæ vindictam, qua incitatus, Mehemetem fratrem ſuum totidem, ſcilicet quadraginta annis, quibus ipſe in vinculis contabuerat, includi juſſit. Nondum ſatiata erat ſeditioſorum invidia ſeu potius avaritia; quippe præter quina, quæ debebantur, ſtipendia ſolitum donativum a novo Sultano repoſcunt, quo ob ærarii egeſtatem re-

Sæc. XVII. A. C. 1687.

Sæc. XVII. A. C. 1687.

cuſato civium domos perfringunt, la-
tentes gazas rimantur, obſtantes tru-
cidant, minis & tormentis pecunias
provide ſuffoſſas eliciunt, ipſosque bel-
Præfectos, ne eorum licentiæ fræn-
imponeretur, vel interficiunt, aut a
latrocinii ſocietatem pertrahunt, t-
tamque urbem cædibus & rapinis fœ-
contaminant. Recruduit atrocius
ditio ex incerto rumore per urbem ſp-
ſo, funditus abolendum eſſe Janiſſa-
rum ordinem; hi ergo Agam rece-
electum trucidant, & Chiauſium Ve-
rium, Sultani proditorem, & Præ-
ceſſoris Vezirii interfectorem fruſtati-
diſſecant, ejusque duos Filios ſervo-
rum inſtar publice vænumdant: Tu-
vero nova, eaque atrociſſima urbis po-
pulatio, quæ triduum tenuit, rerum
& fortunarum ſtragem fecit incredibi-
lem, multaque mortalium millia ab-
ſumpſit, donec Muftius expoſito Ma-
hometis Pſeudo-Prophetæ vexillo Lym-
phatos Religionis terrore & oblata om-
nibus venia tam dextere ad pacatio-
convertiſſet conſilia, ut ipſimet qua-
dringentos præcipuos malorum ince-
tores Sultano traderent, capite plecten-
dos. Hunc demum exitum habu-
cruenta hæc avaritia, quam indomitu-
furor nutrivit, & nec gratia, nec ju-
ſtitia ſatiare potuit.

§. XXXIX.